

mabitur. Peius enim modo¹ quam ante², neque quicquam³ ita indecens tibi⁴ ab Ardoino vivente quam modo eo sepulto. Nam eius milites omni[a], quę dono eius tenuerunt, adhuc⁵ tenent preter meam urbem et aliqua castella, quę in vita ipsius Ardoini⁶ militariter extorsit V.⁷; et in tantum insaniunt et vos vilipendunt, quod alium regem facere minantur. Vbertus comes mea castella ad[iu]torio Mainfredi adhuc tenet et sacramentis et obsidibus contra me firmavit, quod utique Ardoino vivo non fecit; sed hęc ideo presumit, quia fidutia Coloniensis archiepiscopi et fratris eius Heinrici⁸ episcopi omnia sperat sibi donanda et indulgenda⁹. Loquimini ergo cum ipsis fidelibus vestris domno archiepiscopo Coloniensi et domno episcopo Heinricho Vuerziburgensi¹⁰, ne ei maledicto faveant neque neptim suam in execrandas nuptias contradant, quia tali¹¹ copula vestra et nostra erit [di]spersio et ipsorum qui faciunt citissima¹² poenitudo. Dicunt etiam vestri et nostri inimici, quod Radulfus¹³ rex, marcha Iporiensi¹⁴ accepta, debeat ad nos venire, quę teneo pervasurus¹⁵ et vestros et meos periuros¹⁶ in defensionem contra me recepturus. Ego ipse ad vos venirem, si crederem vos ad Baslam venturos. Verum, si vultis, in p[a]sch[a] cum Cumano et Tadone ad vos veniemus, si litteris vestris¹⁷ iusseritis. Mainfredus cum filiis Ardoini pervasit Iporeiam et communiter cives sibi iurare fecit.

<Omnes Mediolanenses firmiter fidem vobis servant, quia pro Heriberto presbytero toti sunt conversi ad vestram fidelitatem.>¹⁸ Archiepiscopus Mediolanensis fidei meę et Cumani et Parmensi¹⁹ episcoporum²⁰ et Tadonis se commisit. Promittimus vobis certissime, quia in totum vobiscum erit neque unquam nu[t]a[bit]. Sed neque fuit in-

1) Dahinter 'et indecentius' durch Unterstreichen getilgt.
 2) Ueber getilgtem 'Ardoino vivo et'. 3) Ueber der Zeile nachgetragen.
 4) Dahinter 'eo vivente videbatur quam cum' getilgt. 5) Ueber getilgtem 'et modo'.
 6) 'in vita ei' ist zwar durch Unterstreichen getilgt und nur 'ipsius Ani' dafür über der Zeile eingesetzt; ich schliesse mich indess hier Dümmlers Textherstellung an. 7) Wer hier gemeint ist, entzieht sich unserer Kenntnis; doch vgl. darüber und über die Einnahme Vercelli's für Leo unten S. 28 N. 3. 8) 'H'. 9) 'et indulgenda' über der Zeile nachgetragen. 10) 'H. vuerzib.' 11) So statt 'talis'.
 12) 'ss' undeutlich; am 'm' fehlt ein Strich. 13) 'Rad.'. 14) 'ipori'.
 15) Corr. aus 'pervadere'. 16) So ganz sicher. 17) So scheint aus 'litteras vestras' corr. zu sein. 18) Dieser ganze Satz ist von Leo getilgt; da indessen seine historische Bedeutung dadurch nicht beeinflusst wird, belasse ich ihn im Text, nur durch die Klammer ihn heraushebend. 19) 'parmsi'. 20) 'ep'.